RESPONSVM

Excellentiss. & Reuerendiss.

D. DOMINICI ODOFREDI

PROTHONOTARII APOSTOLICI,
Metropolitanæ Ecclesiæ Bonon. Canonici, Sac. Theolog. ac I. V. D. Colleg. Equitis, & Comitis.
In Patrio Archigymnasio Sacr. Canonum horis Vespertinis Ordinarij Professoris.

IN CAVSA FIDEICOMMISSI

PRO

RR. PP. Clericis Regularibus Theatinis.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini 1641. Superiorum Permissu.

Viam veritatis elegi,& iudicia tua Domine non sum oblitus.



RÆTENSVM fideicommissum aduersus Adm.RR. PP. Theatinos,neq.ex capite primæ,& secundæ institutionis hæredum, neq. ex sequēti reciprocæ substitutionis eorundē, neq.ex vlla alia particula,seu clausula testamenti Bartholomæi de Carisijs deducitur.

Non ex primo capite, vbi Testator *haredes proprietarias instituit,nominauit,& esse voluit Margaritam,& Lauram filias legitimas, & naturales ipsius D. Testatoris aequis portionib.& in capita, & pradefuncta tunc,seu pradefunctarum filios legitimos,& naturales*,quia ex huiusmodi formula verborum sic concepta verbis directis sinè aliquo adiuncto importante tractum temporis successiuum inducitur tantum vulgaris, quæ est secunda institutio, vt eam definiunt,*Doct. in l.1 ff.de vulgar.& pup. substit.* nō autem substitutio fideicommissaria secundum *Bart. Aretin.Socin. seu.Torniel. & alios in l. Gallus, §. quidam rectè, ff.de lib.& posth.Pereg. de fideic.art.*18.*nu.*4.quam conclusionem *nu.seq. in princ.* dicit nullam habere difficultatem,*Rota decis.*357.*nu.*3.*par.* 1.*in recent.*neque ibi supplendum est verbum descendentes,vt Aduersarij vellent,importans tractum successiuū cò quia in immediatè sequenti reciproca adhibitū est, quia imò ibi verbū descendētes restringi debet ad sēsu præcedētis verbi filios,tū quia institutio est pars principalis,à qua subsequētes accessoriæ dispositiones regūtur & recipiunt interpretationē *l.qui liberis, in fi.ff. de vulg.& pup.l. lucius §. pater puerū ff.ad trebel,li.*1.*& ibi Bar.C.de impub. & alijs substit.Dec. cons.*185. *n.*4.*Gherard.Mazol.cons.*9.*n.*58.*Ceph.cons.*306. *n.*80 *Bursat.cons.*228.*nu.*47. *& nu.*62.tū quia hæc est præcipua natura reciprocæ,vt operetur solum circa personas suprà institutas,& substitutas,nec alias vltra addat, cum non sit species distincta substitutionis, sed extensio præcedentium inter plures in eis vocatos, vt sibi vlterius inuicem succedant, vndè reciproca appellatur secundum *Doct.in l.lucius.ff.de vulg.& pup.Didac.in cap.Raynutius §.*7.*nu.*1.*de testam. Menoch. præsumpt.*60.*in princ.lib.*4.*Mantic.de coniect.vlt. vol.lib.*7.*tit.*4.*nu.*3.*Fusar. qui alios allegat de substit.quæst.*254.tum etiā quia per nomen speciei derogatur nomini generis, vt quando inferius dicitur de descendentibus verificari debeat de illa specie descendentium iam expressa,*iuxta notata in l.in toto iure.ff.de reg.iur.& in cap. generi eod.tit.in* 6. tum denique quia verba præcedentia magis influat in sequentibus,quam è contra, *glos.in l.quoties C.famil.hercisc. Abb.cons.*41.*nu.*1.*par.*1.*Card. Seraph.dec.*806.*nu.*5. & si in vltima substitutione Testator simul congerit vtrumque nomen filios,& descendentes,vbi non est dubitandum quia simul compræhendantur species,& genus,tamen ab illa separata,& diuersa substitutione inter alias personas non benè infertur, *Aucb.cons.*120.*Io. de*

Anan. Alex. & alij congesti à Menoch. praes. 84. nu. 7. & à Fusar. d. tract. q. 450. nu. 10. imò indè desumitur argumentum, quod quando Testator voluit cõprehendere omnes descendentes id facere sciuit verbis sufficientibus, vt propterea idem non senserit in praecedentibus, vbi talia verba non adhibuit, *cap. ad audientiam de Decim. cap. 2. de appell. l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de cad. toll. & prout in simili not. lo: de Anan. cons. 22. circa finem Alex. in l. lecta in 3. not. ff. si cert. pet. Ias. in l. qui filiabus col. 1. ff. de leg. 1. & Paris. cons. 87. nu. 44. lib 2.*

Sed dato citrà veri praeiudicium, quod non solum filij, sed etiam alij descendentes essent substituti Laurae, & Margaritae praedefunctis non tamen hoc solum sufficit in casu isto ad inducendam fideicommissariam, vbi non concurrunt alia verba importantia tractum temporis successiuum secundum doctrinam Cumani, & sequentium, quam vti communem sequitur, & retinet Rota Romana quando ipsi descendentes sunt vocati per verba tantummodò directa, nec simul adsunt alia communia, quae obliquari possint ad inducendam fideicommissariam, in quo solum casu recedit à doctr. Cumani, vt apparet ex decis. illa Romana fideicommissi de Vrsinis, quam pro se adducit pars aduersa registrata inter recentiores *par. 1. decis. 320. & repetita par. 2. decis. 344. vers. tamen eorum dicta*, idque admittebatur in illa causa à scribentibus pro fideicommisso, in eo se fundantibus, quod in ca su illo aderant verba communia cum directis, vt constat apud *Gratian. qui scripsit in illa Causa, discept. 774. nu. 29.* est enim impossibile, inquit Rota in d. decisione, quod verba directa secundum earum propriam naturam trahantur ad fideicommissariam, ex quo à principio iure directo valere possunt per iura ad hoc ibi allegata.

Praeterea, quod magis etiam perstringit, & tollit omnem aliam difficultatem in hac causa, ità vt de alio non sit quaerendum, Testator in praemissis verbis se adeò restrinxit ad vnum tantum ex casibus, in quibus per vulgarem tantummodò succeditur ipsi Testatori, vt per necesse exclusetit casum contrarium fideicommissariae, in quo post aditam haereditatem succeditur haeredi grauato, iuxtà tradita per *Doct. in l. 1. ff. de vulg. & pup. & per Bart. in l. quamdiu, l. vlt. ff. de acquir. hared.* nam filios, seu etiam descendentes, ad sensum partis aduersae, instituit solum sub conditione, & casu, quo Laura, & Margarita primo loco nominatae decessissent antè ipsum Testatorem, in quo casu, quia illae ob non existentiam tempore mortis Testatoris, non potuissent esse haeredes, necesse est, vt per solam vulgarem in illo casu fuerint filij illis substituti, dum namq; institutis Laura, & Margarita subiungit, & praedefunctae, seu praedefunctarum filios, illud verbũ praedefunctae, seu praedefunctarum non potest habere relationem ad aliũ terminum praelationis in tempore mortis, quam ad ipsum Testatorem, cuius mors est tacitè subintelligenda in institutione haeredum, cum ad illud tempus institutio terminetur, *l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hered. instit. §. in haeredibus, instit. de hared. qualit. & differ. cap. cum Martha in princ. De celeb. miss.* ideò qualitas illa praedecedentiae verificari debet secundum

tem-

tempus sui verbi *instituit*, scilicet tempore mortis Testatoris, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. l. Titius, ff. de milit. test. Bart. in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupill. Alex. cons. 69. nu. 11. lib. 5.* neq; ad filios ea verba referri possunt, quorum respectu Matres dicantur prædefunctę, quia si succedere debent considerantur à Testatore vt viuentes, quorum respectu satis fuisset dicere, & defunctæ, seu defunctarum filios, & præpositio illa (præ) importat prælationem in actu designato inter eadem qualitate functos, veluti cum quis dicitur præinsignitus gradu doctoratus, congrua relatio habenda est ad alterum, qui pariter tempore verbi post eum fuerit eodẽ gradu insignitus, vt sic verba recipiãt cõgruũ intellectũ, *l. Publius §. fi. ff. de cõd. & demõstr. l. si vina matre, C. de bon. quæ lib. Bart. in d. l. Gallus §. si parente, ff. de lib. & posth. Ruin. cons. 196. n. 4. vol. 2* & quemadmodũ hæc vnica determinatio institutionis Matrũ, & filiorũ eodem contextu verborũ directorum respectu Matrũ intelligi debet, si non fuissent prædefunctæ tpe mortis Testatoris, vt sic tunc viuentes possent esse hæredes, ità respectu filiorum intelligi debet, si Matres fuissent illo eodem tempore prædefunctæ, quarum loco ipsi quoq; directè instituti possent succedere Testatori tamquam eius hæredes, vt sic parium determinabilium sit eadem determinatio respectiuè in casibus contrarijs, *l. is qui ducenta §. vtrum, ff. de reb. dub. cap. secundo requiris de appellat. cum vulg.* præsertim propter dictionem (&) quæ in coniunctis repetit eandem qualitatem, *Bart. in l. Seio, §. Caio, ff. de fund. instruct. Roman. cons. 231. nu. 2. Dec. cons. 92. sub nu. 2 Rota decis. 490. nu. 5. par. 4. Diuers.* sed, & multò magis propter aliam dictionem (tunc) quæ repetit præcedentis temporis extremitatem, illam scilicet verbi (instituit) verificandi tempore mortis Testatoris, *l. 4. §. fin. vbi hoc notant Scrib. ff. de cond. & demonstrat. Grat. cons. 106. nu. 2. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 14. nu. 10. Card. Canal. decis. 569. nu. 1.* vltrà quod in dubio verba debent referri potius ad Testatorem, quàm ad alios; *l. ex facto, vbi glos. Bart. & alij, ff. ad trebell. l. cum in testamento, vbi etiam Bart. ff. de auro, & arg. leg. optimus tex. in l. debitor in princ. ff. ad trebell. Ruin. cons. 15. nu. 19. lib. 3. Dec. cons. 470. nu. 12. Ladereh. cons. 136. nu. 4.* attenta maximè verisimilitudine, quod potuit, & debuit Testator, tamquam sanus considerare, quod eius filiæ omnes, vel vna earum potuerunt antè ipsum decedere, quibus omnibus accedit expressior etiam declaratio, quam infrà facit ipsemet Testator huius sui sensus, nam cum suprà prouidisset casui, quo eius filiæ Laura, & Margarita prædecessissent relictis filijs, in quo illos loco Matrum hæredes instituit, posteà venit ad casum, quo non remansissent ex illis filij, ità dicens. *Et vbi, & quando dictæ Dominę Laura, & Margarita pradecederent, vel alias quandocumq; decederent sinè aliquibus filijs legitimis, & naturalibus, substituit dictam Dominã Dialtam*, &c. sub primo enim verbo prædecederent sinè filijs, necesse est, vt ibi repetat casum eumdem suprà ab eo consideratum, quando prædecederent ipsi Testatori, ibi (cum filijs) hic verò (sinè filijs, quia nisi ità exponatur frustrà esset additum sequens verbum, vel alias quandocumq; decederent sinè filijs per quod exprimi-

primitur illarum mors etiam omni alio tempore sinè filijs,& sic etiam post mortem Testatoris propter illud verbum(quandocumq;) vt notatur in *l. precibus, C.de impub.& al. subst.* quia verba Testatoris semper ità exponi debent,vt superfluitas euitetur,ad tradita per *Mant. d.tract.lib.3.tit.6.* sicut autem hic verbum(prædecessissent) non potest habere relationem ad filios,qui præsupponuntur mortui antè matres decedentes sinè filijs,sed ad Testatorem, antè quem sint prædefunctæ, ità idem verbum suprà prolatū inter easdem personas exponi debet eodem modo, quoniam sic vna pars testamenti habens clariorem sensum potest aliam partem declarare fortè minus claram,vt per *Fusar.d.q.*450 & *Doctores ibi allegatos.* vndè;est,quod Testator amplius non repetit idem verbum prędecederent, sed ait decederent quandocumq; quia considerata morte filiorum post illam Testatoris, non est amplius conueniens verbum prædecederent. Dum igitur filij, seu etiam, vt vellent Aduersarij, descendentes sunt Matribus substituti, quatenus illæ fuissent Testatori prædefunctæ, ità substitutio illorum est conditionalis in casu importante solummodò vulgarem, nullo autem modo fideicommissum, quod casum contrarium requirit, quemadmodum hoc latè probant, *Bero.cons.63. signanter nu.29.lib.2. Anch.cons.*137.*per tot.Dec. cons.*394.*nu.5.Ruin.cons.* 102.*nu.5.*& *cons.*125 *nu.1.& seqq. lib.2. egregiè Menoch.cons.399.nu.3.quos sequitur Rota decis.519.par.1.recent. viden.* in casu, quo vrgebant graues coniecturæ pro fideicommissaria, nempè exclusio fœminarum fauore masculorum, ratio conseruandæ agnationis, & longus progressus ad plures gradus substitutionum factarum filijs, & descendentibus sic vocatis in simili casu prædecedentiæ, quæ non concurrunt in casu nostro,imò, si benè consideretur, ipsis nulla est facta substitutio, sed solum matribus, quatenus decessissent sinè filijs; nec vlla ratio adiecta fuit, propter cuius identitatem prætendi possit extensio fienda de casu ad casum, scilicet à casu vulgaris ad casum contrarium fideicommissariæ,quæ tamen extensio non admittitur, *Honded.cons.*48.*nu.7.lib.2.* latissimè, *Menoch. cons.* 243.*per tot. Rota decis.* 217.*in fine par.2 recent.* maximè vbi adest dictio(tunc)vt hic,quæ est restrictiua ad casum præcisum; *Anch. cons.356.nu.3.vers.tertiò hoc probat, Dec.cons.89.nu.3.Menoch.cons.532.nu. 7.qui alios adducit, Rota decis.267.nu.2 par.2.in recenti.*

Neque pariter resultat prætensum fideicommissum ex reciproca substitutione immediatè sequente post præmissa verba institutionis in hunc modum; *& eas,& earum descendentes legitimos,& naturales inuicem substituit vulgariter,& per fideicommissum, & omni meliori modo,quo,& prout magis, melius, validius & efficacius fieri potuit,& potest,salua gradus prærogatiua,* quam nō negamus comprehendere etiam fideicommissariam propter illud verbum expressum,& per fideicommissum, *ex Paris. cons.14.nu.4.lib.2. Bossa cons. 27.nu.41. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.4.nu.7.Seraph.decis.934.nu. 11.* & alijs passim,quia dum est de natura ipsius reciprocæ,vt retineat eosdem terminos,de quibus in præcedenti institutione,vt habetur in prædicta *decis.320.nu.14.par.1.recen.* illud verificari potuisset in filijs,seu etiam

descen-

descendentibus ad sensũ partis si prædefunctis Matribus Testatori tamquam eo casu vocati,& honorati hæredes fuissent ipsius Testatoris;at cum Matres superuixerint,& habuerint hereditatem Patris, nullis eo casu habitis substitutis, quod appareat,ipsique filij successerint in bonis, de quib. agitur tamquam hæredes Matrum,non Testatoris,eos non afficit ipsa reciproca non comprehendens minime honoratos, & institutos, qui grauari non possunt, *l.ab eo,vbi not.C.de fideicom.l.1.in fin.C.commun.de leg.Ruin.consil.14.num.6.lib.2.Gabr.consil.117.num.3.lib.1.Laderc[illegible] 58.num.*10 & dum euanuit cõditio sub qua ipsi filij potuissent esse onerati, euanuerunt pariter,& reciproca,& quotcumque aliæ substitutiones, quæ ab indè fuissent subiunctæ,*l.si Mater,§.fin.& l.qui habebat ff.de vulgar.& pupil.Roland.consil.56.num.13.lib.3.Bursat.consil.1.num.3.& 5.lib.* 1. & in terminis istis post *Anchar.Paris.& alios suprà cit.Rota in dicta decis.*519.*num.*2.*parte prima recent. vbi num.seq.*satis probari ait dependentiam sequentium substitutionum ab eodem casu primæ institutionis ex copula, &, per quam subnectuntur.

Tandem minus etiam releuant aliæ particulæ testamenti, & in primis prohibitio de non alienando,quia etiam ipsa est accessoria ad præcedens fideicommissum in illius casu,vltra quem illud non intendit iuxtà vulgatum *consil.Dec.*636.sæpius canonizatum *à Rota,vt decis.*568.*num.*9.*par.prima diuer Seraphin.decis.*883.*num.*5.*Beltram.ad Sanctiss. Gregor.decis.* 433. *num.*22. ad hoc enim, vt non sit accessoria, sed per se importet vlterius fideicommissum, necesse est, vt stet principaliter sub aliqua ratione generali inferente simplex, & absolutum fideicommissum, vt in *decis.*143.*par.*1.*rec.*& in alijs pluribus concordantibus,quod autem hic stet consecutiua,manifestè etiam constat ex dictione, propterea, exprimente per modum rationis sui causam esse præcedentem solummodò dispositionem, *Rolan. cons.* 15. *nu.*5. *lib.*3.*Barz.decis.*128. *nu.* 10. Quò verò ad clausulam, omni meliori modo, & clausulam codicillarem, vltrà alias responsiones, quæ habentur ex *Giouagn. cons.*82.*nu.*8.& *seqq.lib.* 1.*ea Rota in prædicta decis.* 519. *nu.* 6. strictior est,eas nihil operari, vbi constat de mente Testatoris substituentis tantum in casu vulgaris non extensibili ad casum contrarium, si casus vulgaris non euenit; ex substitutione pariter in ampliori forma facta inferius de filijs Marci de Canoua tamquam diuersissima,quò ad casum, & quò ad personas, prorsus extraneas, nihil inferri potest, vt supra, Ideò nullibi apparente prætenso fideicommisso, prædicti Adm. RR. Patres ab impetitis sunt absoluendi.

LAVS DEO.

Dominicus Odofredus.

V.D.Ludouicus Madronus S.Pœnit.Rector pro Eminentiss. & Reuerendiss.D.D.Principe Card.Columna Archiepisc.

Imprimatur

D.Hieronymus Bendandus S.Theol.Lector, ac SS.Inquisitionis Consultor pro Reuerendiss.Inquisit.Bonon.